



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DLIII. König Ludwig übergibt dem Könige Johann von Böhmen die ihm
durch des Markgrafen Woldemars Tod erledigte Mark und Landschaft
Budessin mit der Stadt Kamenz, am 13. September 1320.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

DLIII. König Ludwig übergiebt dem Könige Johann von Böhmen die ihm durch des Markgrafen Woldemars Tod erlebte Mark und Landschaft Budessin mit der Stadt Kamenz, am 13. September 1320.

Nos Ludovicus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, ad uniuersorum noticiam presentibus volumus peruenire, Quod nos Illustri Johannis Boemie et Polonie Regis ac Luxemburgensis comitis, Principis et affinis nostri karissimi, affectum et jugem sollicitudinem, quem circa nos et imperium gerit, assidue aduertentes, ipsumque Johannem ad prosequendum commodum et honorem Imperii aliquarum retributionum repensa allicere cupientes, sibi, heredibus et successoribus suis Boemie regibus Marchiam et terram Budensinensem et ciuitatem Camenz ac uniuersum dominium earundem, que ad Imperium ex eo, quod quondam Woldemarus Marchio Brandenburgensis sine herede decessit, fuerant deuoluta, damus, concedimus et donamus ex certa nostra scientia in feudum et jus feudi tenendum et possidendum perhenniter, cum ciuitatibus, censibus, castris, municionibus, opidis, villis, molendinis, siluis, venationibus, rubetis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus et uniuersaliter cum omnibus et singulis iuribus, quocumque nomine censeantur et in quibuscunque rebus consistant, que ad ipsam terram Budensinensem et ciuitatem Camenz pertinere dinoscuntur, volentes ut ipse Johannes et heredes et successores sui, Boemie reges, terram et ciuitatem predictam cum uniuersis pertinentiis et iuribus suis prenotatis habere, jure domini tenere et possidere perpetuis temporibus debeant nobisque et Imperio debite fidelitatis obsequia, ut jus feudorum exigit, de terra et ciuitatibus predictis prestare teneantur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in castris prope villam Hafulach, Idus Septembr., Anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, Regni vero nostri anno sexto.

Nach einem im K. K. Geh. Staats-Archiv zu Wien befindlichen Vidimus des Bischofs Johann von Prag und des Herzogs Rudolph zu Sachsen: Datum Pragae sabbato ante dominicam misericordias domini Anno 1339. Abgedruckt in Hoffmann Script. rer. Lusat. IV, 192 mit der Bezeichnung „Haflach“ für den Ort der Ausstellung. Hiermit kam eine sehr fehlerhaft mitgetheilte, vom September 1319 datirte deutsche Urkunde desselben Inhalts in Goldast Append. Comment. de iuribus et privilegiis regni Bohemiae 199 Nr. XXV. und in Lünig's Reichs-Archiv (B. VI) Part. spec. Cont. I, Thl. I, Forts. 1, S. 13. 14. verglichen werden. Diese Urkunde scheint nur eine mit falscher Angabe des Jahres der Ausstellung, verfehene Uebersetzung der vorsehend mitgetheilten Urkunde zu sein.

DLIV. König Ludwig verleiht den Grafen Bernhard, Albert und Woldemar von Anhalt die Pfalzgrafschaft Sachsen und die Mark Landsberg mit allen Besitzungen, welche die Markgräfin Agnes von Brandenburg durch den Tod ihres Gemahls Heinrich I. und seines Sohnes Heinrich II., Markgrafen von Brandenburg, erlangt hat, am 27. September 1320.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, ad uniuersorum notitiam volumus peruenire, quod regali circumspectione provide attendentes virtutum merita,